



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.l.], 1645**

§. 10. Bertrandæ desiderium communicandi diuinitus impletum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)



nihil incundius, osculetur me. Vides te mundum esse ab omni peccato, quia delicta deterfa sunt: ideo te sacramentis cœlestibus dignum indicat, & ideo inuitat ad cœleste conuiuium. Osculetur me osculis oris sui. Ideo si non est, qui tibi panem frangat, ipse frangit, ipse se porrigit. Audi istius amoris signum aliud, & penè domesticum, quod Raderus, in Bauaria Sancta, de Friderico Ratisponensi, homine illiterato, his verbis refert. Occupatum olim, in lignili, vehemens Eucharistiæ desiderium inceserat: cum interim sacerdos sacris operatus, animaduertit, sibi de altari sacram hostiam, aut, ut reor, partem hostiæ subductam, quam anxie circumspiciens, diu requirens, tandem intellexit, à cœlite Friderico impertitâ. Sic fit, quod dictum est: Exultent & latentur in te omnes, qui querunt te. Si plures quærent, plures inuenirent. Quod in alio exemplo disce.

Matth.  
Rad. part.  
1. Bauar.  
Sanct.  
pag. 157.

Psal. 69.

§. X.

*Bertranda desiderium communicandi diminutus in letum.*

In S. Elzearij vita legimus, Bertrandam Carmaram Carpentoratensem, innocentis vitæ mulierem, & diuinarum rerum admodum peritam, solenni quodam festo, die, ad

Surius c.  
5. die 27.  
Septēbr.  
in vita  
S. Elze-  
arij c. 17.



ad Dominici corporis perceptionem accuratè se pręparasse; sacerdotem autem vel incuria, vel obliuione, vel potiùs prouida Dei voluntate, particulam, pro illa, nullam consecrasset. Itaq; spe sua destitutam, Deus consolandā censuit. Cum enim Bertranda Missę sacrificio interesset, & consueta pietate; Christi corpus, quod ore contingere non poterat, desiderantissima mente *spiritualiter*sumeret, Angelus extemplo comparuit, & bonam consecratę hostię partem, ab altari, ad eam detulit; quam cum sacerdos non minore sollicitudine, quàm diligentia perquireret, coacta est Bertranda diuinum sollicito beneficium aperire, vt doceret; nunquam frustra desiderari, prę cunctis desiderabilem. Adeò bonus est, si deest operis facultas, desideria remuneratur. Desiderijs autem ardet, *quisquis vidit mirabilia sacramenta, & ait: Osculetur me ab osculis oris sui: hoc est, osculum mihi Christus infigat. Quare meliora vbera tua super vinum. Super illud vinum, quod etsi suauitatem habet, letitiam habet, gratiam habet: tamen illa letitia secularis, in te autem incunditas est spiritualis.* Hęc S. Pater, supra laudatus. Quare mirum est, homines non inecendi amore, & saltem affectu

S. Ambr.  
loc. cit.

ecce-



accedere ad hoc sacramentū. Quoties etiam impius quispiam sacerdos Christum è coelo in aram vocat, obedit ille voci hominis, & ne desit panis coeli, adest sub speciebus panis. At Christus nunquam exponitur in hostia, quin ad credentem dicat: *Osculetur me osculo oris sui*, & tamen sunt, qui osculum detrectent, ac ad regiam hanc mensam inuitati venire recusent? Impediunt negotia? non est omnium quotidie vestem induere nuptialem? Esto. at saltem desiderant accumbere, qui putant, se non posse accumbere; faciuntque, quod famelici solent, qui cum cibum non habent, quo vescantur, delectant se saltem cibi recordatione, estque illis, pro escæ usu, escæ appetitus.

§. XI.

*Angelorum manibus quinā SS. Eucharistiam acceperint?*

Complures hoc desiderio etiam impetrarunt hunc cibū accipere manibus ministratium Angelorū: è quorū numero fuit Marcus Monachus; cui tamen cum Angelus Eucharistiam porrigeret, ait Macarius, apud Sozomenum, *se manum ad iuncturam usque tantum vidisse*. Item Maior Episcopus, qui de

Sozom.  
lib. 6. c.  
29. Pal-  
lad. in  
hist. Lau-  
siaca. c.  
20.